

Sententia Leszconis super molendini  
edificatione super fluvium Wolboram  
in Lubiatew, anno 1262.

89

Hos Leszco Dei gratia Dux Lancicid no-  
tum facimus universis presens scriptum in-  
specturis. Quod cum Venerabilis Pater Woli-  
mirus Dei gratia Vladislaviensis Ecclesie  
Episcopus Pawslaw, Scarbimirum, et Ma-  
gneum Comites de Lubatow pro edificatione  
molendini, quod in eadem villa super fluvio  
um Wolboram inconsulto prefato Episcopo  
edificare nitebantur, coram nobis in iudicium  
evocasset, Nominati milites in nostra constitu-  
ti presentia sepe dicto Episcopo humiliter  
supplicarunt, ut quod de jure non poterant,  
de gratia ipsius molendinum in prefata  
villa, et fluvio edificarent, tandem ipsorum  
usui permansurum, quamdiu Episcopus, et  
sui Successores vellent, de eorum servitio su-  
stinere. Et ut procedente tempore nulla sur-  
per hoc Dubietas oriatur, presens scriptum  
sigilli nostri munimine roboramus. Actum  
in Portow, Anno Gratie 1262 Sabbatho pro-  
ximo post Diem Beati Bartholomei.

1262. *[Faint handwritten text]*

*[Faint handwritten text, possibly a title or header]*

*[Main body of faint handwritten text, appearing as bleed-through from the reverse side of the page]*

*[Small handwritten mark or signature]*